



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

36 Patrimonium alienari, extinguere, vel remitti non potest, nisi post
sufficientis beneficij adeptionem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

quod sibi ad victum honestè sufficiat, pacificè possidere: id verò beneficium resignare non possit, non expresso, quòd ad illius beneficii titulum sit promotus, neque ea resignatio admittatur, nisi confitito, quòd aliunde commodè vivere possit; & aliter facta resignatio nulla sit, patrimonium verò, vel pensiones obtinentes ordinari non possint, nisi illi, quos Episcopus iudicaverit assumendos prò necessitate, vel commoditate ecclesiarum suarum: eo quoque prius perspecto, ¶ patrimonium illud, vel pensionem aut beneficium verè ab eis obtineri, taliaque esse, quæ eis ad vitam sustentandam satis sint, atque illa deinceps sine licentia Episcopi alienari, aut extinguì, vel remitti nullatenus possint, donec beneficium ecclesiasticum sufficiens sint adepti, vel aliunde habeant, unde vivere possint, antiquorum canonum pœnas in his innovando, conc. Trid. c. 2. de reform. sess. 21.

37 Octavo, ¶ promotus ab excommunicato, schismatico, hæretico, deposito, suspensio, vel interdicto, recipit ordinem; quia tales conferunt sacramenta, & verum corpus conficiunt, dummodò in forma Ecclesiæ agant, quod agunt, cap. secundum, 19. distinct. c. Dominus declaravit, §. 41 memento, 1. quæst. 1. c. ostenditur, & c. quomodo, §. cur. hæretici de consecr. dist. 4. gl. in c. 2. de ordin. ab Episc. qui resign. Episc. Sed est suspensa executio, c. si qui à simoniaco, & ibi gloss. in ver. si qui, 1. quæst. 1. Hostiens. in sum. de temp. ord. §. & à quo, n. 6. Abb. in 42. d. c. 2. n. 1. & 3. de ordin. ab Episc. qui resign. Episc. & Innoc. in c. fraternitatis nu. 4. de hæret.

38 ¶ Et si scieat à simoniaco, schismatico, hæretico, vel suspensio sit promotus, solus Papa potest dispensare, si verò igno-

ranter, poterit Episcopus; dummodo ipse non sit prædictis censuris illaqueatus; cum super proprio defectu dispensare non possit. Angel. in sum. in verb. irregularitas, vers. 3. incipien. septimò queritur.

39 Nonò, ¶ qui fuit promotus ab eo, qui renunciaverat Episcopatum, qui executionem ordinis non habebat, cap. 1. de ordin. ab Episc. qui resign. Episc. Et si scienter suscepit ordines ab eo, qui cum Episcopatus dignitatem renunciavit, est suspensus, nec potest ab alio, quàm à Papa, securè dispensari, si verò ignoranter, poterit Ordinarius suus cum ipso dispensare, ut in dict. cap. & ibi Abb. num. 6. Burg. de irreg. in rubr. de ordin. ab Episc. qui renunt. Episc. par. 6. nu. 6. & 7.

40 Decimò, ¶ illegitimus, qui sacris ordinibus ordinari prohibetur, cap. 1. & 2. 56. distinct. cap. 1. de fil. presb. & ibi Abb. num. 1. & concil. Tridentin. capit. 5. sess. 23. de reform. quia est irregularis, Navar. de irreg. capit. 27. num. 201. tom. 3. Ordinarius enim, licet recipiat characterem, non tamen habet ordinis executionem, ut cap. fin. 56. distinct. Diaz. in pract. crimin. cap. 14. in fin.

41 Undecimò, ¶ bigamus, qui ad ordines promoveri non potest, cap. curandum, & c. si quis viduam, il. 1. cum seq. 34. distinct. & c. 1. 2. & 3. de big. quia bigamia inducit irregularitatem, Grass. decis. aur. 6. 27. n. 58. par. 1. lib. 4.

42 Duodecimò, ¶ illitteratus, cap. precipimus, 32. distinct. cap. 1. & cap. penitentes, 55. distinct. c. illitteratos, 36. distinct. c. fin. de empr. ord. in 6. & conc. Trid. c. 4. II. & c. 17. ead. sess. 23. Et illitteratura adeò reddit promotum indignum, ne possit beneficium